



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

In Christi Nomine Incipit Prælocvtio Vitæ Vel Obitvs Sancti Landeberti
Pontificis, qui passus est XV. Kal. Octobr. in villa nuncupata Leodio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

IN CHRISTI NOMINE
INCIPIT PRÆLOCVTIO VITÆ
VEL OBITVS SANCTI LANDEBERTI

Pontificis, qui passus est XV. Kal. Octobr.

in villa nuncupata Leo-
dio.



I Paganis per signa & nefanda plurima
mendacia codicibus suis commendare studeant, ut
eorum, qui narrant, & de quibus narratur, vana
gloria discurrat; cur nos Christiani salutifera ta-
camus per Sanctos suos gesta miracula Christi?

Cum vel tenui sermone eorum possumus pandere
virtutes. Et quanvis tanta rein narrationi, id est, ut S. viri Lan-
berti Pontificis opera loquamur, indigni videamur, tamen Christi
caritas poscit, ut conuersationem vitæ eius, qua ab adolescentia sua
plurimis compriauit, & per viros prudentes cognita firmatur, Deo
adiuuantem narrare conemur. Plenissima igitur deuotione, & multo-
rum precibus coactus, non leporum animo sermonis inquirens, sed in
publicum sine verecundia inculcum sermonem promens, cursum vitæ
eius, & gloriosam Martyrij palmam, sicut per fideles viros & idoneos
celestes ad nostrum peruenisset auditum, effarit entabo; ut cui vita est
cum Christo in cœlo, eius memoria celebretur in terris: præsertim cum
traditione Ecclesiastica, & Apostolica admonemur auctoritate, ut
Sanctorum vitas iustas, & virtutes plurimas commemoremus; sicut
scriptum est: memoria in storum cum laudibus. Et ut est illud: La-
udemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi. Ergo dignum est,
ut quotiescumq; Sanctorum Solemnia a curriculo anniuersario celebra-
mus,

Proverb. 10.
Ecli. 44.
Hebr. 11.

mus, ex eorum gestis aliqua ad edificationem fidei Christianorum conuenientia in Domini laudibus recitemus. Quoniam reuera Christiani munera essemus, quidquid in Sanctis eius laudabile inuenitur. Igitur sancti ac beatissimi Antistitis Lambertii, annuente superna gratia, quamvis imperito sermone & impolita loqua, ritam & virtutes exprimere procul.

FINIT PROLOGVS.

INCIPIT VITA.

Loriosus LANTBERTVS Pontifex, oppido TRAJECTENSI oriundus fuit, & ex parentibus locuple-tibus secundum saeculi dignitatem inter PRÆSIDENTES * venerabiles, & religione Christianissima altus est. Ipse autem in pueritia formosus & nobilis erat in gente & in progenie sua, electus atq[ue] benignus crescebat inter famulos atq[ue] cognatos suos, vultu fulgente in omni affectu pollebat. Eminentia autem aetate cum vidisset pater eius filium a cun-nitis dilectum, & tantam illius in religione industriam, exultabat & gratias Deo agebat. Igitur a prima serè aetate tradi-dit eum viris sapientibus & historicis sacris literis edocendum. Ille vero cum magno studio officio lectionis as-fidus adhæsit, & velociter ipsum consummavit. Cum au-tem imbutus fuisset à prudentissimis viris, reuersus est ad domum patris sui, & pueritiae annos excedens, auum ado-lescentiae cum magna solitudine exercebat, & quotidie in bonis operibus crescebat, & spiritus sapientiae & gratia humilitatis in eius vultu resplendebat.

Eo tempore diuinę dispensationis prouidentiam, Sum-mus Pontifex THEODARDVS oppidi TRAJECTENSIIS Ca-the dra Pontificali præsidebat. Protinus pater eius cōmen-